



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XVI. Der Schulze Johann in Frankfurt tritt seinem Sohne Conrad einen Theil
des Schulzenamtes ab, am 14. Februar 1317.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

Mariscalco, Militibus, Euerardo, preposito in Stolpp, nostre Curie Capellano et Notario, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum in Ryngenwolde, Anno Domini Millefimo Trecentesimo Sexto Decimo, feria Tercia ante Marie Magdalene proxima.

Nach dem Orig. des Stadtarchives, Weitwein No. 1.

XVI. Der Schulze Johann in Frankfurt tritt seinem Sohne Conrad einen Theil des Schulzenantes ab, am 14. Februar 1317.

Nouerint vniuersi presentem litteram inspecturi, Quod Ego Johannes, Prefectus in vrankenuorde, Resingnaui et presentibus Resingno filio meo Conrado partem iudicii in vrankenuorde me tangentem tali interposita condicione, Quod omnem Censum cum Pachtu ab eadem parte iudicii cedentem singulis annis temporibus vite mee percipere debeo, quolibet impedimento procul moto. Si vero quocunque casu interueniente dicta pars iudicii vel ipsum totum iudicium ve(n)deretur, Extunc secundum estimacionem et taxacionem Consulium in vrankenuorde et aliorum proborum virorum ibidem pro dictis Censu et Pachtu secundum ipsorum valorem et pecunia, pro qua dicta pars iudicii vendita fuerit, debet michi tantum erogari, Quantum predictis Consulibus videbitur expedire. Si autem prefatus filius meus Conradus deo disponente prior me moreretur, Extunc sicut et nunc sui heredes huiusmodi ordinacionem ratam, prout superius continetur, obseruabunt. Pro quo facto, vt ipsum inuiolabiliter obseruetur, Ego prefatus Conradus posui patri meo dilecto Johanni meos sinceros amicos et sororios fideiussores, videlicet Iodekinum de hamel, Johannem son, henricum wypreich et Johannem wypreicht, Cives in Berlin, Quorum omnium quatuor Ciuium sigillorum appensione presens littera est roborata. Datum vrankenuorde, anno domini Millefimo Trecentesimo Decimoseptimo, In die beati valentini Martiris.

Nach dem Orig. des Stadtarchives V, 2.

XVII. Markgraf Waldemar bestätigt den Bürgern der Stadt Frankfurt ihre Rechte und Freiheiten, namentlich den Gerichtsstand vor dem Stadtrichter, am 24. April 1317.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Recognoscimus et ad vniuersorum noticiam Tenore presencium volumus peruenire, Quod nostris fidelibus ciuibus ciuitatis frankenvordis vniuersis tam presentibus quam futuris omnia Jura et libertates, quibus ab antiquo hucusque gavi sunt et vsi, ex nunc et in perpetuum inconuulsa seruare volumus penitus et illesa. Ipsos etiam cives ad nullum Iudicium prouinciale extra ciuitatem predictam